

Visitatio ecclesiae et dioecesis Montis Politiani 1610.

In Dei nomine Amen. Cunctis pateat evidenter et notum sit, quod cum Ill^{mus} et R^{mus} D. Robertus tit. S. Mariae in Via presb. card^{lis} Bellarminus, episcopus Montis Politiani generalis administrator, cum non possit ob diversa negocia quibus in Romana curia est impeditus dictum episcopatum per se ipsum visitare, designasset admodum Ill^{mum} et R^{mum} D. Ugonem Ubaldinum basilicae S. Petri Urbis canonicum, et protonotarium apostolicum visitatorem dictae civitatis et dioecesis ut in literis patentibus tenoris infrascripti videlicet Nos Robertus tit. S. Mariae in via presb. Card^{lis} Bellarminus et episcopus Montis Politiani administrator. Tibi per Illustr^{iss} ac admodum R. D. Ugoni Ubaldino. cum ex praescripto sac. Conc. Trid. quovannis per locorum ordinarios in unaquaque eorum dioecesi habenda sit per se ipsos sacra visitatio, et si praepediti fuerint per alios; hinc est quod apud Nos cuius administrationi praedicta ecclesia demandata fuit vigore brevis apostolici desiderantes quod ipsa ecclesia Politianensis, totaque illius dioecesis visitetur. Te per illustrem ac admodum R. D. Ugonem Ubaldinum, de cuius scientia, probitate ac rerum experientia plurimum in Domino confidimus, omni quo possumus meliori modo eligimus, constituimus et deputamus in visitatorem dictae ecclesiae. Dantes tibi facultatem, et omnimodam potestatem visitandi, non tam ipsam cathedralem ecclesiam Politianensem omnesque parrochiales ecclesias, sacras monialium aedes, eaeumque monasteria tam intra dictam civitatem quam in eius dioecesi existentia (etiam quoad clausuram) et omnia quae ad Dei honorem, et ecclesiarum cultum spectant; verum etiam personali visitationi omnes, et quoscumque tam in dignitate ecclesiastica constitutos, quam R^{dos} DD. Can^{cos} curatos presbiteros, et clericos tum simplices, tum beneficiatos, et etiam moniales subiiciendi, super eorum doctrina et officio unumquemque examinandi, approbationi, et reprobandi, approbatos laudandi, et reprobatos ab ordinum executione et ~~ab officio pro tui libito suspendendi vel aliis poenis afficiendi,~~

/ ab officio pro tui libito suspendendi vel aliis poenis afficiendi,
et si opus fuerit carcerandi, et puniendi; et tandem tibi amplissi-
mam facultatem facimus, ut ea omnia peracere in dicta visitatione
possis, et valeas quae episcopus ratione visitationis de iure,
5 vel consuetudine (quoad iurisdictionem tantum) facere solet, et va-
let. In quorum fidem etc. Datum ~~X~~Romae die XI Aprilis 1610.
locus sig. Robertus Card^{lis} Bellarminus.

Antonius

Secr^{rius}.

Volens propterea idem perillustri ac admodum R. D. Ugo Ubaldi-
10 nus praefato oneri sibi iniuncto satisfacere, ad dictam civitatem
Montis Politiani se contulit, et prae edicto visitationis ab
Ill et R. D. Iulio Matheio dictae civitatis vicario generali pu-
blicato tenoris infrascripti. - - - - - [Sequitur liber visita-
tionis] .

15 Visitationum Liber B 1610.